




ZODIACUS CHRISTIANUS
MEMORARE NOVISSIMA
FALCONIÆ ET ALIORUM CENTONES









SADELER, R.

Zod

2502
6553
5298



Falconiae

Eng Title

Thalius

Engai Vulcani

Eng Title


Thalius

[illegible] 1829

W-3687

Palingenius

from Hamilton palace





ZODIACVS CHRISTIANVS

seu
signa 12. diuinæ
PRÆDESTINATIONIS
vnà cum 12. symbolis
quibus signa illa
adumbrantur.

A
RAPHAELE SADELERO
imaginibus exornatus, et
venum propositus.

MONACI.







AD SCEPTRVM ET AD CORONAM.

CIƆ IƆC XVIII.

AD GLADIVM ET AD FLAMMAM.

NOBILISSIMO

ET AMPLISSIMO DOMINO, DOMINO WOLF ERICH A BRANDENSTEIN, EQVITI MISnenſi, Domino in Oppurg, &c. RAPHAEL SADELER ſalutem plurimam.



D te, vir Nobiliſsime, ſacer hic Zodiacus, velut ad ſolem ſuum inclinat, lucis auſpicium à te accepturus. Duodena hęc divinę prędeſtinationis ſigna, & meum hunc in æneis formulis laborem, jam pridem

tuo nomini, animô meô destinarā inscribere, eáq; ratione, non illustrem tātùm in te prosapiam, sed & præsignem doctrinam venerari. Academiis compluribus sic tua se probavit eruditio, ut Iuris civilis scientia, à te sæpius publico consessu effata sua voluerit explicatiùs propugnari. Linguarum peritia, exterarum Regionum non otiosum te spectatorem arguit. qui te latinè loquentem audit, cum

prisco

prisco Poëtâ fateri cogitur

------ hic ripâ nutritus in illâ, *Iuven. Sat. 3.*
Ad quam Gorgonei delapsa est penna caballi.

Hoc jam liquidò mihi constat, litteras & eruditionem à te seriò amari; nec ignoro te diem illum in damno posuisse qui otio periit sine lineâ, sine studio virtutis. Et quamvis nemo negaverit, magnum hominis ornamentum esse, Natalium splendorem & eruditionis nomen, longè tamen majus est, habere,

Pers. Sat. 2. *Compositum jus fásque animi, sanctósque recessus*
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.

Omnes avorum imagines & multiplicem Athenarum ſapientiam longiſſimè pręcedit vel una Virtus, quæ honeſtiſsimum quemque facilè tibi amicum conciliavit. Certè comitas tua & generoſa humanitas, ſic blandè me deduxerunt in amorem tui, ut ab eo etiãnum iſte, quiſquis is eſt, meus in te affectus caleat & cultus,

nec

nec se contineat quin laudare pergat quod amare cœpit. Illud in te non immeritò plurimis placuisse scio, quod cum in scientiis multa feliciter sis assecutus, illud unum tamen nescire volueris, superbire scilicet & fastu turgere, in quo superciliosus quisque tantò sibi magis placet, quantò minus aliis. Et hoc est quod te optimo cuique largiter commendauit. tuam porrò singularem temperantiam, exi-

miam modeſtiam, vere-
cundiam atque pudiciti-
am vel ab hoſte laudan-
dam, gratiſsimũ hîc nobis
Monachii fuiſse ſpecta-
culum, vel honeſtiſsimi
oculi fatebuntur. quod ſi,
prout priſcus Satyricus
opinatur, raram facit mix-
turam cum Sapientiâ for-
ma, rariorem forſan faci-
ent libertas & virens ætas,
nobilitas & opulentia,
cum probitate & caſtimo-
niâ, ſed hanc rarã admo-
dum mixturã in te fuiſſe,
mul-

multis admirationi, omnibus erat exemplo. Nec meliorem tui poſt te memoriam relinquere potuiſſes quàm hanc, quæ & me impulit, ut eâ quâ poſſem veneratione & cultu, tui meminiſſem, & quicquid iſtud eſt ſcriptiunculæ, tuis etiam manibus librorum aſſuetis tranſmitterem. Nihil hîc ſpinarum aut veprium, nil controuerſi aut litigioſi ferre me cenſeo. Difficile negotium hoc eſſe non

nescio, ideóque exactior illius disceptatio, scholis & eruditiorum concertationibus erat relinquenda. hîc plano pede itur, & ut arbitror, inoffenso. Nec aliò, duodecim hæc PRÆDESTINATIONIS signa, velut certi viarum limites ducunt, quàm ad amæniores illos & pensiles hortos, quos stellæ fulciunt. sed ducunt volentes; invitis omnis via bona est ut pereant. Et meritam hanc in te observantiam

meam, Vir amplissime, ut æqui boníque consulas, & locum asceticis his pagellis inter libros tuos assignes, amicè & submissè rogo. Monachii Calendis Augusti, Anno à Virginis partu MDCXVIII.

Strenuæ dominationi tuæ

obsequentissimus

RAPHAEL SADELER
Antvverpianus Sereniss. simi Bavariæ Ducis chalcographus.

Diuinæ PRÆDESTINATIONIS signa XII. totidem symbolis adumbrata.



1. *Internâ se luce oblectat.* 2. *mortem semper cogitat.* 3. *confessionis et communionis sacramenta frequentat.* 4. *omnibus fortunæ bonis renunciat.* 5. *aduersa cuncta patienter tolerat.* 6. *ad Dei verbum properat.* 7. *Egenos benignè iuuat.* 8. *vili seipsum æstimat.* 9. *inimicos seriò amat.* 10. *commissas noxas non relapsurus deplorat.* 11. *suam omnem diuinæ voluntati conformat.* 12. *affectibus cum ratione concordiam imperat.*

LECTO

LECTORI S.


Habes, pie Lector, XII. ſigna divinæ Prædeſtinationis, è SS. litteris & SS. Patribus, pio ſtudio collecta, & memoriæ juvandæ, totidem ſymbolis aſsignata. Hoc tibi ſpeculum damus quotidie inſpiciendum. Tuum hîc erit conſiderare quot in te prædeſtinationis ſigna deprehendas: an omnia, an nullum; unum an pauca. Ex quo proinde facilis erit conjectura, cui libro, vitæ *an* mortis *tuum nomen ſit inſcriptum. Supremo Mundi die, hi libri etiamnum clauſi, aperientur. Et qui non fuerit inventus in* libro vitæ *ſcriptus, mittetur in ſtagnum ignis. Apoc.20. Hi verò quorum nomina ſcripta ſunt in cælis, immensùm gaudebunt &* æternùm. *Luc.10.*

PRIMVM SYMBOLVM.

EREVS ARDENS, quo designatur *Lux interna*, quæ beneficia DEI, vanitatem mundi, vitę brevitatem, peccatorum cænum, voluptatum omnium vanescentes umbras sic ostendit, ut, qui hæc videre incipit, cælum jam suspiret & exclamet cum regio vate: sitivit anima mea ad DEVM fortem, vivum; quando veniam & apparebo ante faciem DEI? (Psal. 41.) Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? signatum est super nos lumen vultus tui, ô, DEVS, & in hoc vultus tui lumine ambulabimus (ps. 4. & 88.) D. Bernardus

serm.

Lucerna pedibus meis, verbum tuum, et lumen semitis meis. Psal. 118.



Ora breuissimè ac perfectissimè quantum potes:
DEVS semper idem; NOVERIM ME, NOVERIM TE.

S. Aug. L. 2. soliloq. Cap. 1.

(ſermon. 3. de circumciſ. Domini) Roga dari tibi devotionis lumen, diem ſereniſſimam & ſabbatum mentis, in quo tanquam emeritus miles in laboribus univerſis vivas abſque labore, dilatatô nimirum corde currens viam mandatorum Dei, ut quod prius cum amaritudine & coactione tui ſpiritus faciebas, de cætero cum dulcedine peragas & delectatione. ad idem invitans nos regius pſaltes: Accedite, inquit, ad eum, & illuminamini: guſtate & videte quoniam ſuavis eſt Dominus (pſ. 33.) amœnum hoc cordis lumen eſt, & plena voluptatis flammula, quæ Deum homini majorem in dies atque majorem

 oſten-


oſtendit. Ad hoc lumen in humano pectore accenſum, quotidie creſcit (res mira) incrementi omnis incapax, immenſus

DEVS.



Coarctor è duobus, desiderium habens dissolui et esse cum Christo. *ad Philipp.* 1.

PROMPTITVDO AD MORTEM.



Mors, munus necessarium est naturæ iam corruptæ, quæ non fugienda est sed potius amplectenda, ut iterum fiat voluntarium, quod futurum est necessarium: offeramus Deo pro munere quod pro debito tenemur reddere. Greg. in Matth. 10.

II. SYMBOLVM.

CRANEVM ſeu CALVA, quâ declaratur *animus ad mortem quamcunque illam ſemper paratus.* Et vos, inquit Chriſtus, ſimiles eſtote hominibus expectantibus Dominum ſuum quando revertatur à nuptiis, ut cùm venerit & pulſaverit, confeſtim aperiant ei (Luc. 12.) Cupiamus diſſolvi & eſſe cum Chriſto, multò id melius, quàm ſi prolongetur noſter hic lugubris incolatus. Non poteſt malè mori qui benè vixerit, nec benè mori qui vixit malè. Auguſtinus de doctr. Chriſt. Et quid illud eſt quod nobis eripi adeò formidemus? vita quid eſt? niſi

ludibriorum ſcena &mare miſeriarum. quacunque veharis navi, aureâ an argenteâ, gemmeâ ſeu ligneâ, aſſilientes fluctus non declinabis, in adverſantes ſcopulos ſæpius impinges, in periculoſis vadis crebrius obhęreſces. beatus ille qui mare hoc tranſiit, beatus qui enavit, & jam in portu eſt. Quid ergò mortem, laborum finem, prçmiorum auſpicium metuamus? ſcimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex DEO habeamus, domum non manu factam, ſed ęternam in cælis (2. Cor. 5.) Homo nunquam non paratus mori, ſic ſecum ipſe ratiocinatur: Quid

mori trepidem? iter patrum, imò omnium latam tritámque ſemitam ingredior. quid ſolus ego mihi neſcio quid aliud malim? libens faciam quod facerem etiam nolens: ſcio, quicquid fit à volente, fit leuius, & deſinit eſſe neceſſitas cum accedit volũtas. Sed nec tergiverſandi cauſam habeo, cùm eſſe deſino quod invitus fui, mortalis. non ſic odi quietem ut reſpuam malorum ferias. Et cur non potiùs tunc gaudeam, cùm vitam hanc miſeriarum innumerabilium officinam licebit claudere, mortis & fortunæ jugum excutere, diem ordiri nullâ nocte finiendum. Felix nuncius cùm me Rex meus vocaturus eſt, & ex

hoc carcere liberaturus: multa sciam solutus quæ vinctus nullo unquam studio didicissem. Avicula, apertâ caueâ non ejicitur, sed evolat, sic ego in apertas illas & cæruleas plagas libens emigrabo, vitæ jam pridem satur. De loco mortis meæ, de tempore nil angor penitus. faciat ille qui me fecit, quicquid vult. *Voluntas* illius unica mihi vitæ mortísque est regula: nil mali ab eo aut acerbi metuo qui bonitas totus est & benignitas. Et nonne in figuli manu est, vasculum levi rotâ effingere, & idem frangere? Vasculum ego sum à Magno illo Figulo: quid querar, si qui me finxit, velit frangere, imò refingere &

ex misero reddere beatum? vivere me vult? quamdiu vult, volo. vult me mori? nullas mortis inducias nec ad momentum posco. initiū meum & finis ab illo sunt, quicquid ille immiserit, excipiam non libēti tantùm, sed & hilari fronte: mihi vivere Christus est & mori lucrum. Amo te, ô mi amantissime Deus, cupióq; ardentiùs amare; hac amoris flammâ cor meum penitus liquefiat: nihil extra te me beat. Et quando, mi DEVS, & quando ad te hinc evolabo? sequor te, benigne parens, sequor, & eò prōptiùs cum propiùs ad te vocas. Ita, mi Christiane, mors ipsa cùm venerit, facilè vincitur, si priusquam veniat, semper cogitetur, nunquam timeatur. III.

III. SYMBOLVM.

AVREA EVCHARISTIAE HIEROTHECA, quâ exprimitur, *Frequens Sacramentorum, Confeßionis & Communionis usus.* Olim, erant perseverantes in doctrinâ Apostolorum, & communicatione fractionis panis (Act. 2.) observatum est autem luculenter, quo magis hic Ecclesiæ primævæ mos intepuit, eò magis ardor spiritus, charitatis ignis, sanctitas omnis refrixit. Hic omnes cacodæmonis astus & conatus mirificè desudant. Hoc agit, hoc laborat impigrè ut à frequenti Eucharistiæ usu quam plurimos retrahat. Et quos ille non ponit obices? quæ

non

Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. *Ioan. 6.*




Non est audaciæ ad dominicam mensam sæpe accedere, sed accedere indignè. Chrys. hom. 5. in 1. epist. ad Tim.

non fingit impedimenta? quot obſtacula molitur? nunc fidei dubia ingerit; ubi non auditur, fucatam reverentiam perſuadet, aut majorem in eâ re guſtum, ſi rariùs fiat. nunc plurimorum conſuetudinem in exemplum trahit, qui etiam boni Chriſtiani ſint, licet hîc infrequentes. modò ſermones hominum & dentes opponit, modò molem negotiorum. jam inuſitatas evagationes animi, angores conſcientiæ, jam inimicitias & alterna inflammat odia. huic aridam reddit mentem, & ab omni cæleſti ſenſu exſuccam, iſti præparationem efficit moleſtam, difficilem, tædio plenam. in alium totos variarum

cogita-

cogitationum exercitus immit-
tit, ut vel ſic viam intercludat ad
divinum hoc epulum: ſunt, quos
neſcio quo religionis prætextu
decipit, ut ſaltem differant, quod
non cenſent omittendum. ita
mille fucos facit veterator & tri-
cas tricis nectit; ita de die in diem
confeſſionis & communionis ſa-
cramentum differtur, ita hebdo-
mades eunt & menſes & anni,
cùm ad Christum non niſi rariſſi-
mè, & ferè inviti ac coacti veni-
mus. O Chriſtiani quæ glacialis
rupes, quod letale frigus pectora
veſtra conſtringit, ut ſic refugia-
tis amœniſſimum hunc ſolem?
non advertitis, has eſſe technas
cacodæmonum, qui omnem di-
vini


vini amoris ignem cupiunt ex-
tinctum. At qui perseveranter
Christum amat, nil magis quàm
sæpe cum Christo esse desiderat,
ut verissimè dixerit Cassiodorus:
Inaudita est dilectio quæ ami-
cum amat, & præsentiam
ejus non amat.



IV. SYMBOLVM.

ALTARE NVDVM ET DEVELATVM, per quod significatur *Renunciatio omnium*. proclamat servator noster; qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Renunciare jussit omnibus, suasit relinquere omnia. ita dicat qui Christiani sanguinis est: pauperrimus esse malo quàm DEI inimicus; malo bonis omnibus quàm divinâ gratiâ spoliari. Stilpon captâ patriâ, ereptis liberis, amissâ uxore, cùm ex incendio publico solus & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, nunquid omnia perdidisset? nihil, ajebat, perdidi;

Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. *ad Philipp. 3.*




Gaudes quia res tuas inuenisti, non es tristis quia te perdidisti. *S. August. in Psal. 91.*

didi; omnia mea ſunt mecum. idem, amiſſis omnibus, auſus eſt dicere Bias: pectore enim illa geſtabat, non humeris, nec oculis videnda, ſed animo æſtimanda. Hoc generoſi pectoris nota ſit in idololatrâ, in Christiano certæ *prædeſtinationis* ſignũ eſt ad vitam. Ille Chriſto facit ſtipendia, qui cum amiſit plurima, dicere tamen audet: omnia mea mecum porto. ſine dolore amittitur, quicquid ſine amore poſſidetur; quæ verò ardenter diligimus habita, graviter ſuſpiramus ablata, ait D. Gregorius. Bonum quo quis verè bonus eſt, nemo invitus accipit, nemo amittit invitus, bonum enim cenſendum non

est quod eripi potest. I, nunc Satan & tabellarium te finge, nondum omnis patientissimi Iobi familia est extincta, etiamnum vivunt qui renunciare possint omnibus: Curre ergò, nuncia tali, clama altùm: res tua & pecunia tua omnis est perdita. responsum nunc audi. Nisi ego illam, fortassis illa me perdidisset: jam in viâ ad cælum ero expeditior. Exoneravit me DEVS, charo quidē sed periculoso pondere, & tutiore posuit loco. damnum non putabo quod DEVS mihi voluit esse remedium. Et cur me frustra & vanè affligerem? habui ista tanquam perditurus: nunc ego magis meus sum cùm ista non sunt

mea

mea amplius. Auditis hæc Christiani, audis orciniana vulpes? ſic ſentit ſic & loquitur, quiſquis cælo prædeſtinatus eſt, nec unquam tantum bonorum poteſt perdere, quin liberam hanc vocem retineat: Iactura non eſt, ſed verſura, cùm lucrum ingens diſpendio levi comparamus, cum terræ glebulis mercamur cælum.



V. SYMBOLVM.

FRVTEX ROSARVM, ſpinis ſeptus undique, per quem monſtratur *Afflictio perpetua & exercitatio cum patientiâ.* Abraham Evangelico epuloni in flammis hoc ſignũ opponit: Recordare fili, quia recepiſti bona in vitâ tuâ, Lazarus ſimiliter mala; in vitâ tu lætabaris, Lazarus cruciabatur: nunc tu cruciaris, lætatur Lazarus. ſic vertuntur vices, certâ DEI lege. *Patiendũ eſt*, aut *hic*, aut *ibi* in alio prorſus orbe & verè *novo.* Alterutrum nunc maturè eligendum; nemo evadit. D. Chryſ. orat. 3. de Lazaro: ſi quem videris, inquit, virtutis ſtudioſum, innumeris ta-

men

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Luc. 6.



Quos præsentis vitæ labore Deus atterit, hos in aduentu iudicis à verbere abscondit, vt tantò tunc ad salutem certiores exhibeat, quantò nunc eos flagella duriùs secant.

Gregor. L. 6. moral. c. 15

nen affligi molestiis, beatum nunc puta, ut qui commissa peccata hic diluat & illic paratam habeat mercedem. Diversæ ad cælum viæ sunt, tutissima est omnium & certissima, regia via *crucis*. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum DEI (Act. 14.) Et uti vasa figuli probat fornax, sic homines justos tentatio tribulationis (Eccli. 27.) sed in fornace ardet palea, aurum purgatur; illa in cinerem vertitur, illud sordibus exuitur. Fornax est mundus, aurum justi, ignis tribulatio, artifex est DEVS. (S. Augustinus in psal. 60.) Videte ergò paleæ, videte & vos qui aurum estis; in eodem igne palea fumat,

aurum rutilat; in eâdem afflictione improbus blaſphemat DEVM aut accuſat, patiens laudat, & ex ipſis adverſis vires ſumit, uti ignis qui flatu impetitur & creſcit, atque unde extinguendus creditur, inde roboratur. Numera mihi ab orbis incunabulis omnes DEI amicos, & in omnibus hanc *prædeſtinationis* notam reperies. DEVS tentavit eos, & invenit illos dignos ſe (ſap. 3.) Abraham exercetur variè & affligitur, Ioſeph à fratribus venditur, David à filio iniquiſſima patitur: Iſaias ſerrâ medius ſecatur, Ezechias eliſo cerebro per ſaxa raptatur, lapidatur Hieremias, Michæas gladio feritur, Amos ſecundùm tempora

clavo

avo transfigitur, Daniel leoni-
us objicitur, Naboth ſaxis ob-
itur: Eliſæus deridetur, Iob ul-
eroſus, etiam conſpuitur, Tobi-
excæcatur, Suſanna innocens
amnatur. paucos dixi. & quid
alorũ non ſubiit Paulus? Apo-
olorum cæteri flagellãtur, cru-
ifiguntur, necantur. Nemini
orum parcit Devs, quem enim
iligit Dominus caſtigat, flagel-
t autem omnem filium quem
ecipit, omnem, omnem. (Hebr.
2.) Omnes enim qui piè volunt
ivere in Chriſto Iesv, perſecuti-
nem patientur (2. Tim. 3.) At
oc habet pro certo omnis qui te
olit (ô Devs) quod vita ejus ſi in
robatione fuerit, coronabitur,

quia

quia poſt tempeſtatem tranqu
lum facis, & poſt lacrimatione
& fletum, exultationem infu
dis (Tob. 3.) Ergò beatus hom
qui corripitur à Deo. (Iob 7.)
enim ſuſtinemus & conregnab
mus (2. Tim. 2.) quare nemo fl
gellari timeat, ſed timeat exhær
dari. ad hæreditatem æternam
flagellis erudimur, ne dum dele
ctamur in viâ, obliviſcamu
quod deſiderabamus in patri
Nemo ſanè quantum profecer
niſi inter adverſa cognoſcit: non
dum ſe noſſe cæpit, qui nec dum
cæpit eſſe miſer. noctu lucen
ſtellæ, de die latent; ſic vera virtu
quæ ſæpè in proſperis non appa
ret, in adverſis eminet. Nec tan
placen

pacent cælesti Domino famuli
rebus præclarè gerendis, quàm
adversis alacriter & cum fiduciâ
perferendis. Aquila pullos suos
objectu solis explorat, metalla ar-
gentarii coticulâ, Christus famu-
los suos camino afflictionis. Præ
Romanis ergò potiori nos jure
dicimus: *Et facere & pati fortia, hoc Christianum est:* nam quâ viâ caput
præcessit, hac subsequen-
dum est membris.




VI. SYM-

VI. SYMBOLVM.

FIcvs, quam Christus in su concionibus non tantùm no minavit sæpius, sed quæ divin verbo jussa comas ponere & exa rescere, momento paruit. fidelem diceres divini verbi auditricem ideò hac designatur *Auditio verb Dei.* Certum hoc Prædestinatio nis signum est ex ore Christi: Qu ex Deo est, verba Dei audit. (Ioa 8.) eximiè id declarans Ambrosi us (in ps. 118.) quomodo, inquit possunt verba Dei dulcia esse in faucibus tuis, in quibus est ama-ritudo nequitiæ? Facilè agitur quod libenter auditur (Isido. so-liloq.) sed illi veri sunt divini ver-

bi

Audiens sapiens, sapientior erit. Prouerb. 15.



Qui dedignatur esse discipulus hominum, euadet magister errorum. S. Greg. L. 1. Dial. capit. 1.

bi auditores, de quibus Servator: Beati, inquit, qui audiunt verbum DEI, & custodiunt illud. Frustrà custoditur memoriâ, quod nō custoditur & vitâ. Sunt qui audita sic retinent ne obliviscantur, hoc tamen agunt vivendo ne corrigantur. (S. Aug. in psa. 118.) Mens prædestinati divina & sacra cupidè anhelat, seponi jubet negotia, ludos abrumpi, epulas etiam quandoque deseri præcipit, ad templum ad concionem urget, nec excusationes admittit, pluvium cælum non metuit, serenum etiam negligit, aprico & campis, tēplorum fornices præponit, satagit audire, nec satiatur auditis. Quærit anima Verbum,

inquit Bernardus, cui conſentia
ad correctionem, quo illumine
tur ad cognitionẽ, cui innitatu
ad virtutem, quo reformetur ad
ſapientiam, cui conformetur ad
decorem, quo fruatur ad jucun-
ditatem. (ſerm. 85. in Cant.) D
Chryſoſtomo teſte, uti eſurire ſi-
gnum eſt valetudinis in corpore,
ſic amare divina eloquia, indici-
um maximum ſanitatis in animâ
(homil. 14. in Gen.) Et quamvis
ex eodem divinæ ſcripturæ fonte
diverſi hauriant, ídque ſæpius,
nemo tamen unquam poterit to-
tas has opes eruere. Ea eſt hujus
opulentiæ natura, ut quò foderis
altius, hoc magis exundent divi-
ni ſenſus; fons eſt nunquam defi-
ciens

iens (serm. 4. de Lazaro) quem-
admodum verò formica pabu-
um in hiemem, æstate sibi colli-
git, sic Christianus in tranquillo
verbum DEI excipit, ut inde in
rebus turbidis pascatur. Constat,
eos qui hac in re contemptores,
sic quandoq; puniri à DEO, ut &
ipsi sentiant se puniri, & videant
alii. aliũ ab alio doceri, alterum al-
teri submitti vult DEVS. quisquis
jam adeò sibi sapit, ut neminem
docẽtem audire nisi se dignetur,
plus elationis ostendit, quam eru-
ditionis. nec potest in eo Virtutis
esse amor, in quo cælestis doctri-
næ odium est, aut neglectus. La-
pis lydius explorat aurum, Evan-
gelium Christi revelat cogitatio-
nes hominum.

VII. SYMBOLVM.

FRVTEX TABACI. ſaluberrimum hoc fruticis genus eſt ulceribus præſertim & vulneribus curandis illuſtre. grande ulcus corporis eſt, paupertas: grandius animi, peccatum. utrique perſanando mirificè conducit *eleemoſyna, illa præſertim quæ datur cum benigno affectu in egenos.* & hæc per Tabaci fruticem repræſentatur. Ab Apoſtolo id diſcimus: Induite vos, inquit, viſcera miſericordiæ ſicut electi DEI (ad Coloſſ. 3.) Verè beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die malâ liberabit eum Dominus (pſ. 40.) Divinæ ſcripturæ ſyllo-

giſmo

Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Eccli. 17.




Multò maius est, esurientem pascere Christum, quàm in Christi nomine mortuos suscitare; nam illic tu de Christo bene mereris, hîc autem ipse de te. Chrys. hom. 36. ad pop.

gismo id firmatur. qui accipit mutuum, servus est fœnerantis. (prov. 22.) sed ditissimus DEVS per pauperem accipit mutuum. facilis est jam conclusio. alteram syllogismi partem confirmãs Salomon: Fœneratur, inquit, domino (seu, quod idem, Dominus accipit mutuum ab eo) qui miseretur pauperis. (prov. 19.) Augustini ore Christus sic stipem mendicat: Da mihi ex eo quod dedi tibi, de meo quæro: da & redde; habuisti me largitorem, fac me debitorem, habeam te fœneratorem: temporalia mihi das, æterna tibi restituam, teipsum tibi reddam, quando te mihi reddidero. Gregor. Nazianz. orat. de amore

pauperum: Fac calamitoso sis DE-
VS, DEI misericordiam imitādo:
nihil enim tam divinum homo
habet, quàm de aliis bene mereri.
tibi derelictus est pauper, velut
DEO. talis in terrâ DEVS Iob fuit.
Pater eram pauperum & causam
quam nesciebam, diligentissime
investigabam: Oculus fui cæco
& pes claudo. (Iob. 29.) Tobias
DEO charissimus: eleemosyna, in-
quit, ab omni peccato & à morte
liberat, & non patitur animam
ire in tenebras. Fiducia magna
erit coram summo DEO eleemo-
syna omnibus facientibus eam.
(Tob. 4.) Si vis mercator esse opti-
mus, ait Augustinus, da quod
non potes retinere, ut recipias
quod

quod non poteris amittere; da modicum ut recipias cētuplum, da vilia ut consequaris æterna. Quę autem stultitia, inquit Chrysostomus in Matth. 6. illic tua relinquere unde exiturus es, & illuc non præmittere quò iturus es? Illic ergò tua repone ubi tuam habes patriam.



VIII. SYMBOLVM.

CVPRESSVS. hæc perpetui viro-
ris & jucũdi odoris arbor pu-
tredinem in se non admittit, ab
aliis etiam, cadaverosum fœto-
rem prohibet; hac non immerito
vilis sui æstimatio significatur, quæ
latentem superbiæ vermiculum
interficit, nec hominem ita cor-
rumpi sinit & putrescere ut sibi
placeat. mala certè sanies placere
sibi ipsi. odi superbos & arceo.
clamat David: non habitabit in
medio domus meæ qui facit su-
perbiam, (ps. 100.) D. Ambros. in
Apol. de David cap. 9. signum
electorum est, malè de se sentire,
& vulnus suũ agnoscere. D. Greg.
in c. 5.

Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. *Matth. 18.*



Nihil est quod nos ita et hominibus gratos faciat et Deo, quàm si vitæ merito magni, humilitate simus infimi. - S. Hier. epist. 14. ad Celant.

n c. 5. Iob. reproborum eſt pro-
rium, ſemper prava agere, &
unquam quæ egerint, retracta-
e. Omne enim quod faciunt cæ-
â mente pertranſeunt, factúmq;
ium niſi puniti, non agnoſcunt.
lecti actus ſuos quotidie ab ipſo
ogitationis fonte diſcutiunt,
ec inde ſecuri ſunt, quia videri
DEO in ſe, quod ipſi non vident,
gnoſcunt. Eccleſiaſtici conſili-
um eſt: quantò magnus es, hu-
milia te in omnibus, & coram
DEO invenies gratiam, quoniam
magna potentia DEI ſolius, & ab
umilibus honoratur (c. 3.) Verè
maxima in omnibus perfectio,
uæ imperfectionis cognitio: &
ongè laudabilior eſt animus, cui

nota

noťa eſt infirmitas propria, quàm qui eâ non reſpectâ, mœnia mundi, vias ſiderum, herbarum vires, fundamenta terrarũ & cælorum faſtigia rimatur. Cogitas magnam conſtituere fabricam celſitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis: omnes delectat celſitudo, ſed humilitas ad eam gradus eſt. Excelſa eſt patria, ſed humilis eſt via, qui ſeriò inquirit patriam, non recuſat viam. Auguſt. de verb: Domini. At verò, quod D. Hieron. meritò deplorat (epiſt. 27.) multi humilitatis umbram, veritatem pauci ſectantur: pauci, ſed hi beati & cælo prædeſtinati, qui quò magis ſeipſos vident, tantò magis ſibi ipſis diſplicent,

tantò

ntò pretiosiores DEO, quantò
bi viliores. Multi sciunt multa,
ipsos nesciunt, tantò minores
DEI oculis, quantò majores in
is. Magnus & tutus ad DEVM
census est, propriæ vilitatis
agnitio. Cassiod. in psal. 6.


Descendendo, cælum
ascenditur.



IX. SYMBOLVM.

HASTIS PER OLEAGINVM SERTVM CONIVNCTIS repræsentatur *Dilectio inimicorum*, Olivæ ramus, priſcis notiſſimum pacis ſignum fuerat. Plexilis hîc oliva haſtas hoſtiliter concurrentes conciliat, & in amplexum cogit uti amor inimicos. Serium Chriſti præceptum eſt: Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, ut ſitis filii patris veſtri qui in cælis eſt. (Matth. 5.) Opus hoc, inquis, arduum eſt & difficile. Sed quò difficilius, hoc DEO gratius & nobis utilius.

Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.
ad Rom. 12.



Grandis labor est inimicos diligere, pro persecutoribus supplicare! nec nos negamus: labor quidem est in hoc sæculo non paruus, sed grande erit et premium in futuro. Aug. serm. 5. de S^to Stephano.

tilius. Multa ſunt genera elee-
moſynarum, quæ cum facimus,
adjuvamur ut nobis dimittantur
peccata, ſed eâ nihil eſt majus,
quam cum ex corde dimittimus
peccata iis qui offenderunt nos.
Aug. in Enchir. Chriſtus jam in
alto pendens, linguam ſolam à
flagris & clavis habuit immunē,
& hāc in ipsâ cruce primò omni-
um ſolvit in patrocinium eorum
qui ſe manu aut linguâ crucifixe-
runt. Diſertus & potens ſuiſmet
hoſtibus advocatus. Et diſcipu-
los in hoc habuit hic in cruce Ma-
giſter, ſed pauciſſimos. Stephano
pro inimicis oranti cælum pan-
ditur, velut ſi ad nobile hoc ſpe-
ctaculum cælites omnes ſint in-
 tenti,

tenti. Idem sanctissimus proto-martyr pro se, stans, pro inimicis utroq; genu flexo precatur. Non enim malè pati, sed malè facere est malum perpeti. Mitissimus David, qui cum ursis & leonibus pugnabat & vincebat; ille sic strenuus & nullo timore perterritus, cum hostem capitalissimum Saulem sub hastæ cuspide non semel teneret, parcere tamen maluit quàm occidere, illúdque velut armorum suorum insigne cantabat: si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis (ps. 7.) Fortissimus Paulus qui armatorum cuneos, qui mortem, qui inferos ipsos in certamen vocabat, in ini-

micos adeò clemens erat & benignus, ut diceret: maledicimur & benedicimus: persecutionem patimur & sustinemus: blasphemamur & obsecramus. At nulla, inquis, quies mihi est, non somnus, non cibus, aut potus sapiũt, dum Mardochæum sedentem video & intactum, dum inimicum talia in me molientem cerno & indemnem. Pulchrè, mi homo, in caput tuum deciperis. Narrat Ezechiel de quibusdam militibus (cap. 32.) qui posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & descenderunt ad infernum cum armis suis. En novum cervicalis genus, gladium! tali cervicali somnum suum fulciũt omnes vin-

dictæ cupidi, qui nullam sibi qu
etem nisi à conviciis, à manu,
gladio petunt. Sic primus diabo
li discipulus (ita Cainum voca
Basilius) in fratrem jugulatric
manu ibat, ut extinctâ fratris glo
riâ, suam sibi stabiliret. contrar
um evenit. Esau, Saul, Antiochu
divinam misericordiam non sin
lacrimis implorarunt, non aud
ti. Esau non invenit locum pœ
nitentiæ, quamvis cum lacrimi
inquisisset eam (ad Hebr. 12.) it
Saul, ita & Antiochus, ab arâ mi
sericordiæ ad quam confuge
rant, reiecti & jure: nec ipsi parce
re volebant iis quos inimicos sib
statuerant. Iudicium sine miseri
cordiâ fiet ei qui non fecerit mi

ricordiam. (Eccli. 28.) *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros.* O Chriſte, fruſtra hæc dicis, fruſtra imperas. *vobis dico, vobis Chriſtianis.* Nos ab Ethnicis in hoc ſtamus; non audiris Chriſte. *diligite inimicos veſtros.* vix ullus eſt qui obtemperet. *Ego autem dico vobis; non reſiſtere malo.* ignavi dicemur & imbelles. *Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.* Rara eſt hæc oratio & nimis frigida. *Benefacite his qui oderunt vos.* Contra naturam, Domine, imperas; manda faciliora. non poſſumus, ut id ſcias Chriſte, non poſſumus, hoc eſt, nolumus iram cohibere, dentes reſtringere, manum continere; & quis cogitationibus imperet? O

Chriſtiani, adeóne cælum od
ſtis, ut ſic velis remísque ad infe
ros properetis? Vbi veſtrum i
lud? Dimitte nobis debita noſtr
ſicut & nos dimittimus? aut erg
inimici vobis veſtri amãdi ſun
aut toties vobis ipſi laqueum in
jicitis, quoties hoc à DEO poſtu
latis: ſicut nos aliis dimittimus
ita tu nobis, ô DEVS, dimitte. Se
nos nihil condonamus, omni
vindicatum, omnia imus puni
tum odio implacabili. Ergò & tu
in nobis nil impunitũ relinque
Impiorũ eſt hoc ingenium non
prædeſtinatorum, nam hi tam
graviter lædi non poſſunt quin
clament: Pater dimitte illis; Ne
ſtatuas illis hoc peccatum; Ego
omnia

omnia condono, omnia remitto, nihil ulturus. hæ voces prædestinatorum ſunt. & certiſſimum eſt effatum iſtud: Non poteſt amare DEVM, qui non ceſſat odiſſe inimicum.



X. SYMBOLVM.

FLAGELLO ET VIRGIS monstratur *Deteſtatio præteritorum peccatorum.* Facinus abominabile judicat eſſe Auguſtinus, præteritorum peccatorum meminiſſe & inde gloriari ac gaudere, cum de illis magnoperè dolendum ſit, & contra nitēdum; nam ut idem Auguſtinus verè affirmat: qui pectus ſuum tundit nec ſe corrigit, peccata ſolidat non tollit. (lib. 5. de lib. arbitr.) Lugens David de ſe pronunciat: Peccatum meum contra me eſt ſemper, ideóque DEVM tam efflictim rogat: Cor mundum crea in me DEVS, & ſpiritum rectum innova in viſceri-

bus

Veniam tibi citò, et mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egerit. Apoc. 2.



Dum dolemus admissa, admittenda excludimus, et fit quædam de condemnatione culpæ, disciplina innocentiæ. Ambros. L. 2. de pœniten.

us meis. (pſ. 50.) Beati qui ſic lugent & odio tam generoſo peccata deteſtantur, hoc ipſum dolentes quod non ſatis doleant; ex hoc ipſo triſtes quod minus quàm par ſit triſtentur. Et hæc quę ſecundum DEVM triſtitia eſt, pœnitẽtiam in ſalutem ſtabilem operatur (2. ad Cor. 7.) in ſalutem ſtabilem, inquit Apoſtolus, quod attentiſſimè conſiderãdum. Multi ſalutem per pœnitentiam recuperant, ſed heu non ſtabilem ſalutem. Ideò Chriſtus diſertiſſimè monet (Luc. 13.) niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. explicatè præcipit, non agendam tantùm, ſed habendam eſſe pœnitentiam, eámque retinendam.

nendam. Nec enim ut stati temporis mutuum, quęrenda est pœnitentia, non transvolare permittenda, sed certo perseverandi proposito firmanda. Ita D. Thomas Aquinas (3. par. q. 84. art. 8.) Vera inquit, & seria pœnitentia, non tantùm à peccatis præteritis expiat, sed etiam præservat à futuris. non habet pœnitētiam, qui non habet propositum firmissimum non amplius in priores noxas relabendi. Christus paralytico, quem sanarat, præcepit lectulum ut tolleret: Et mox sustulit grabatum suum & ambulabat (Ioa. 5. Marc. 2.) occasiones peccati cavendæ, tollendæ, removendæ sunt, & sic ad honesti rectiq; me-

m currendum. Evangelicus
rodigus extremâ fame tabeſcēs:
urgam, inquit, & ibo ad patrem
neum. Nec tantùm dixit iturum
, ſed ivit. Et ſurgens venit ad pa-
rem ſuum. Hîc pleriq; omnes &
nanuum & pedum uſum noſtrâ
ulpâ amittimus. linguâ vale-
nus, non opere: ore ſtrenui, lan-
uidi manu. arcum intendimus,
ec tamen ſagittam emittimus:
roponimus facturos, non faci-
nus. poſt commiſſas noxas ge-
nimus, ſed ne committamus,
ſcitanter cavemus. nimirum
ulnus obductum cupimus &
anguinem non ſiſtimus, pecca-
is medelam admovemus, & af-
ectum ad ea non tollimus. diffe-
rendo

rendo & procraſtinando ſeneſc
mus. ita dum proponimus &
promittimus, abit vita, & inte
merum & pigrum *velle*, tota eva
neſcit. ſic demum in longis no
propoſitis mors deprehendit, ri
détque tot annis voluiſſe facere
feciſſe nunquam. Auguſtinu
olim talis, ſed non diu talis, ma
turè fecit ídq; ante ſenium, quoc
vidit ſibi eſſe faciendum. Dice-
bam, inquit, apud me intus: ecce
modò fiat, modò fiat. & cum
verbo jam ibam in placitum, jam
pænè faciebam & non faciebam,
nec tamen relabebar in priſtina,
ſed de proximo ſtabam & reſpi-
rabam. Retinebant me nugæ nu-
garum & vanitates vanitatum,

ntiquæ amicæ meæ, & ſuccutie-
ant veſtem meam carneam &
bmurmurabant: Dimittíſne
os? (lib. 8. Confeſſ. c. 11.) Dimi-
t certè & excuſſit jugum: vitam
riorem omnem ſic deteſtatus
ſt, ut aliam viveret. Offenſum
ſe DEVS obliviſcitur, ſi nos
offenſi cum dolore re-
cordemur.




XI. SYMBOLVM.

ANCHORA, est, *voluntatis in bonum propensio*, quę sese tunc demum exerit, cum quis firmissimè statuit, nullum unquam gravius peccatum committere, etsi bonorum omnium ipsiúsque vitæ facienda sit jactura. Iuravi & statui custodire judicia justitiæ tuæ (psal. 118.) quod si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad DEVM (1. Io. 3.) Ludovicus Granatensis: reprobationis, inquit, signum mihi certum videtur, facilitas letaliter peccandi sine doloris sensu. Nimis est malus, qui quod bonum est, nec seriò quidem vult velle: ma-

gna

Inclinaui cor meum, ad faciendas iustificationes tuas in æternũ, propter retributionem.
Ps. 118.



Nihil offertur Deo ditius bonâ voluntate. voluntas autem bona est, nulli, quod pati non vis, facere; nulli, quod tibi iustè impendi desideras, denegare. Gregor. hom. 5. in Euang.

gna pars bonitatis eſt, velle bonum fieri. Cælo prædeſtinati, ut nil unquam mali velint, id volũt unicè, quod vult DEVS. omni horâ & momento clamant cum Paulo: Domine quid me vis facere? (Act. 9.) In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam, DEVS meus volui, & legem tuam in medio cordis mei, in medio memoriæ, intellectus & voluntatis meæ illam repoſui. Et æquum omnino eſt, ut *voluntas divina* regula ſit humanæ voluntatis & anchora. Epictetus (diſſert. 3. c. 26.) Conſtitui, inquit, & conformavi voluntatem meam divinæ. vult me febricitare? & ego volo. aliquid aggre-

di? volo. potiri? volo. non potiri nolo. mori? volo. quis jam igitur prohibere me aut cogere præter voluntatem poteſt, non magis quàm ipſum DEVM? Turpe, hæc olim à priſcis in cæcâ nocte verſantibus viſa, a Chriſtianis ad clariſſimum ſolem cæcutientibus non videri. *Fiat voluntas tua; tua,* ô mi DEVS, *tua voluntas fiat, ſicut in cælo & in terrâ.* Quare accingimini & eſtote filii potentes, ut pugnetis adverſus nationes (contra inſultus vitiorum) ſicut autem fuerit voluntas in cælo ſic fiat. (1. Machab. 3.) Horologia vrbica primarium unum ſequuntur omnia; cur non & omnium hominum voluntates velut minuta

horolo-

orologiola ad illud cæleſte ma-
num, ad unicam divinam vo-
untatem dirigantur? Dici non
oteſt quàm hoc Deo ſit gratum.
ratulatus ipſe ſibi Devs velut de
e maximâ: Inveni, inquit, David
ilium Ieſſe, virum ſecundùm cor
neum, qui faciet omnes volun-
ates meas (Actor. 13.) Ergò diu
quæſivit Devs quærítque ejus
nimi & voluntatis hominem
qui id ſolũ, in omnibus ſempérq;
aut nolit aut velit quod ipſe. Hoc
tali reperto homine, gaudium
non diſſimulat benigniſſimus
pater: Inveni qui faciet omnes
voluntates meas. Ideò & ipſe
Dei filius omnem ſuam, ad pa-
tris voluntatem compoſuit: De-

ſcendi de cęlo, non ut faciam vo-
luntatem meam, ſed voluntatem
ejus qui miſit me (Ioa. 6.) Ab hac
bonæ rectæq; voluntatis norma
nimis remotus eſt, qui non tan-
tùm non ad nutum, ſed nec ad
imperium obedit. Sapiens timet
& declinat à malo, ſtultus tran-
ſilit & confidit (prov. 14.) hoc eſt
comedere ac tergere os ſuum &
dicere, non ſum operatus malum
(prov. 30.) Qui hujus animi eſt,
oppignorat animam diabolo &
ridet; cælum perdit nec damnum
ſentit, tãquam inter omnia dam-
na leviſſimum. At contra, cælo
deſtinati ſic animũ in bono ſta-
biliunt, ut omnem mali ſpeciem
& vel umbram peccati perhorre-
ſcant.

tant: non ſinunt id ſibi placere
quod Deo diſplicet, in id ſolum
totâ mente proniſſimi, quod, etſi
diſpliceat omnibus, modò uni
ſciant placere Deo. Suum illud
nobile monitum commendent
Græci: Nequid nimis. Tu ſanè,
o Devs, tu mandaſti mandata
tua cuſtodiri nimis. (pſ. 118.) Ser-
vos ſuos vult Devs ad omne præ-
ceptum, & ad omnẽ nutum pa-
ratos promptos, qui vel uno eti-
am die, vel etiam afflictiſſimi,
millies tamen corde & ore dicant,
quod Deus vult. ita quicquid hi tam
bonæ mentis homines volunt,
hoc vult & Devs, nam illi con-
ſtantiſſimè nolunt quod Devm
averſari ſciunt & nolle. ita hi ta-

les, quicquid desiderant, impe-
trant, quandoquidem non aliud
unquam desiderant, quàm ut ad
unam unicam DEI voluntatem
se conformẽt; sciunt enim quàm
verè Hieronymus de obitu Blæ-
sillæ scripserit ad Paulam: Bonus
est DEVS, & omnia quæ bonus
facit, bona sint necesse est. nec il-
li bonæ voluntatis homines pro
malo habent quicquid à bono
DEO est. Sani sunt? gratias refe-
runt conditori. languent? & in
hoc domini sui volũtatem agno-
scunt & laudant. Charorum or-
bitas irrogatur? plangunt quod
accidit; sed quia sic placere norũt
Domino, animo sustinent æquis-
simo. Vnicus rapitur filius? du-
rum

n quidem, ſed tolerabile; quia
tulit ille qui dedit. Imminet
ra pauperies, aut gravior pau-
rie morbus? contemptus affli-
: aut contumelia? injuriarum
men laceſſit? alias ſibi voces
ibi non ſinunt quàm iſtas: *Sicut*
omino placuit, ita factum eſt, ita bene
ctum eſt; etiam in hoc laudetur Deus.
ac bonâ voluntate, velut an-
horâ, ſtabiles ſupremam expe-
tant horam, & breve putant
omne malum quod finis
melior ſubſequetur.




XII. SYMBOLVM.

CITHARA, quâ exprimitur *m*
deratio affectuum, ſeu *victo*
tentationum. Qui Chriſti ſunt, c
nem ſuam crucifixerunt cum
tiis & concupiſcentiis ſuis, lib
clamat Paulus (ad Galat. 5.) E
ganter Bernardus de Chriſto n
ad ſe invitante: Qui vult veni
poſt me, abneget ſemetipſum,
ſi dicat: qui me deſiderat, ſe d
ſpiciat; & qui vult facere volu
tatem meam, diſcat frangere ſ
am (ſerm. de S. Andreâ) Quod a
tem pugnantem fatigat, vince
tem coronat. Et hoc eſt lucra
vitam, quotidie ſibi ſuiſque aff
ctibus mori. Vbi affectus vivun

au

Sub te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius. *Genes. 4.*

MODERATIO AFFECTVVM.



Discretione magni moderaminis, carnis cura frenanda est, ne quasi domina animum vincat, sed subacta mentis dominio, quasi ancilla famuletur.

Greg. L. 9. mor. C. 40.

t cæca aut mortua eſt ratio. id-
ſanctiſſimus David: Revela
ulos meos & conſiderabo mi-
bilia de lege tuâ (pſa. 118.) ſcio
omine in lege tuâ magna & ſub-
nia ſecreta contineri, ſed ego
omo ſum, carne preſſus, & va-
s affectibus obnoxius, nec
noro quanta ſit vis illorum qui
entem meam turbant & excæ-
nt: tuæ igitur pietatis ſit aperire
culos meos, & offuſam ab affe-
ibus caliginem diſpellere. Verè
e affectibus Seneca (epiſt. 85. &
16.) Facilius eſt initia eorum
rohibere, quàm impetum rege-
. nam ſicut in præceps dato
orpori nullum ſui arbitrium eſt,
ec reſiſtere nec ſiſtere dejectum
poteſt

poteſt, ſed omne conſilium irr
vocabilis præcipitatio abſcid
ita animus ſi in iram, amorem
alióſve affectus ſe projecerit, no
facilè reprimet impetum; rapi
illum ad imum, vitiorum procl
vis natura. Optimum igitur ipſi
repugnare ſeminibus cujuſcun
que demũ malignioris affectus
In confinibus arcẽdus eſt hoſtis
nam ubi portis ſe intulerit, mo
dum à captivis non accipiet. O
quantò melior eſt patiens viro
forti, & qui dominatur animo
ſuo, expugnatore urbium! (prov
16.) Auguſtin. (lib. 1. de ſerm. Do-
mini cap. 2.) Beati pacifici, inquit,
in ſeipſis qui omnes animi motus
componunt & rationi ſubjiciũt:
beati


eati qui carnis concupiſcentiis
domitis, regnum fiunt DEI, in
uo nihil non ordine agitur, in
uo mens imperat, non reluctan-
bus famulis, corporis ſenſibus.
æc illa pax ab Angelis naſcente
hriſto proclamata, ſed ea non
iſi per arma & pugnas obtine-
ur. Cur enim DEVS (Exod. 19.)
nter bellicos tubæ clãgores Mo-
legem in manus tradidit? num
itior & ſuavior muſica, religio-
i Eccleſiaſticæ, quò lex ſpecta-
at, non fuiſſet convenientior?
aſtris tuba quàm templis eſt ap-
ior. Et nos, mi Chriſtiane, ad ca-
tra vocamur & ad conflictus ab
o qui legem dedit. legem non
ervabit, quiſquis cõtra legis ho-

ſtes pugnare detrectaverit. ca
nem ſuam nemo vicit blandien
do: ſuadentem Diabolum, mun
dum ſeu blandientem ſeu ſęvien
tem ſine pugnâ nemo ſuperavit
reſiſtendum eſt & luctandum
cum omni affectu, quem hoſt
divinæ legis concitant. qui ſu
ſolùm noxis iraſcitur & affecti
bus indulget, is malæ arboris ra
mos amputat, ſed ſalvâ radice: ra
mi repullulabunt. ita Chryſoſto
mus Chriſti verba expendens: qu
viderit mulierem ad cõcupiſcen
dum eam, jam mœchatus eſt e
in corde ſuo. non modò, inquit
morbum, ſed & morbi radicem
evellit Chriſtus. Radix adulterii
concupiſcẽtia eſt impudica. qua
ri

r non ſolum plectit adulterium, ſed & concupiſcentiam matrem adulterii. Ita non tantùm cædes cohibet, ſed & iram ad illas ducem, ſed & contumelioſa verba iræ fomenta. In omnes perſonas (inquit Seneca epiſt. 18.) hic exardeſcit affectus: tam ex amore naſcitur quàm ex odio: non minus inter ſeria quàm inter luſus & jocos. Nec intereſt ex quàm magnâ cauſsâ naſcatur, ſed in quaem perveniat animum. Sic ignis nō refert quàm magnus, ſed quò incidat. nam arida ſcintillā quoque fovent uſque in incendium. Atqui nihil eſt tam difficile & arduum (ait l. 2. de irâ. c. 12.) quod non humana mēs vincat, nulliq;

ſunt tam feri & ſui juris affectu
ut non diſciplinâ perdomentu
quodcunque ſibi imperavit animus, o
tinuit. quantùm verò eſt, effuge
maximum malum, Iram, & cu
illâ rabiem, ſævitiam, crudelit
tem, furorem, & alios comit
ejus affectus. quod Romanu
hic ſapiens dixit de irâ, idem ho
de notiſſimis furiis Superbiâ &
Invidiâ, idem de nequiſſimis ſo
roribus Luxuriâ & Gulâ, déqu
omni vitioſorum affectuum ex
ercitu dicendum: quantùm eſt
hęc mala maxima effugere, & a
beatam tranquillitatem, & quan
dam quaſi harmoniam, ac omni
um cupiditatum concordiam
animum componere. Beatus
ergò

gò ille qui tantò minorem affe-
ibus libertatem indulget, quã-
minus ipſe vult ſervire vitiis: &
rationi ſuum ſtabiliat ſceptrũ,
ucem ſtatuit affectibus. Signũ
que prædeſtinationis certum
t & iſtud: Qui Chriſti ſunt, car-
nem ſuam crucifixerunt cum
vitiis & concupiſcen-
tiis ſuis.



SIGNORVM D[E] PRÆDESTINATIONE CORONIS.

D*ictis addat coronidem mellifl[uus] doctor Bernardus: Novit Domin[us]*
" *qui sunt ejus (ait serm. 2. de octav. pasc[h].)*
" *& solus ipse scit quos elegerit à princip[io]*
" *quis verò scit hominũ, si est dignus am[ore]*
" *vel odio? quod si, ut certum est, certitu[do]*
" *nobis omnino negatur, nunquid non ta[n]*
" *tò delectabiliora erunt, si qua fortè e[le]*
" *ctionis hujus signa possimus invenir[e]*
" *quam enim requiem habere potest spi[ri]*
" *tus noster, dum* prædestinationis *s[uæ]*
" *nullum adhuc testimonium tenet? Fid[e]*
" *lis proinde sermo & omni acceptione d[i]*
" *gnus, quo salutis testimonia commend[a]*
" *tur. Hoc sanè verbo & electus consola[*

min[

TI sunt vocati PAVCI verò electi. Matth. 20. et 22.



ec erunt in medio terræ, in medio populorum ;
mmodo si paucæ oliuæ quæ remanserunt, excutian-
ex oleâ, et racemi cum fuerit finita vindemia.
Esaiæ. 24.

nistratur, & subtrahitur reprobis ex- „
atio. cognitis siquidem signis vitæ, „
isquis hæc negligit, manifestè convin- „
ur, in vano accipere animam suam „
pro nihilo habere terram desiderabi- „
m. Iure nemini nisi sibi ipsi culpam
pingit, qui nullum in se prædestina-
onis signum deprehendit. non cæcâ
rtitione, cælo vel inferis, hos illos præde-
inavit Deus. Notum à sæculo est Do-
ino opus suum. Act. 15. ita ex prævi-
s omnium meritis, vel his præmi-
m, vel supplicium illis decrevit, ut re-
tißimè dixerit D. Prosper (respon. 3.
d capit. object. Gallicar.) Non ex eo ne-
eßitatem pereundi habuerūt, quia præ-
destinati non sūnt; sed ideò prædestinati
non sunt, quia tales futuri ex volunta-
riâ prævaricatione præsciti sunt. consen-

tit Augustinus: Non odit Deus Esau ho-minẽ, sed Esau peccatorem (l.1.ad Si-plic.q.2.) nihil enim in homine, Deus a-ud odit, nisi peccata. (idem epist. 105.) S-lum peccatum viam obstruit ad cælu-Omnes quidem metam ad unam prop-ramus, sed heu quàm diversis semitis -imus & currimus & perimus! clam-Veritas, monet & adhortatur: Intr-te per angustam portam, quia la-porta & spatiosa via est, quæ du-cit ad perditionem, & MVLTI sun-qui intrant per eam: quàm angu-sta porta & arcta via est quę duc-ad vitam, & PAVCI sunt qui inve-niunt eam. (*Matth.7.v.27.& Luc.1-v.23. idem denuò ingerit*) Contendit-intrare per angustam portam-quia multi, dico vobis, quæren-

intrare

ıtrare, & non poterunt. *Verè an-ısta hæc est semita quâ non nisi uni & ne comite licet incedere: Vnusquisque ostrûm pro se reddet rationem Deo: nusquisque onus suum portabit: unus-uisque propriam mercedem accipiet se-cundùm suum laborem* (*Rom. 12. Gal. 6. . Cor. 3.*) *Et hoc est quod ingemiscens Christus:* MVLTI sunt, *inquit,* voca-ti, PAVCI verò electi. (*Matth. 20. & 2.*) *Hoc unicum verbulum* PAVCI, *ve-lut horrendum & inauditum tonitru, magnam orbis partem è vitiorum veter-no excitavit; ex urbibus in antra atque horridas solitudines non paucos expulit: & quot centena Martyrum millia in cà-tastas & equuleos, in rotas atque rogos, in cruces & bestiarum fauces, in ar-matas tortorum manus egit? vox una*

erat

erat illorum omnium: Mori nobis fac[...] est, modò demum vivere liceat int[...] PAVCOS illos sed ELECTOS: ludat gl[...] dius jugulis nostris, modò PAVCIS il[...] sed BEATIS annumeremur. Et quis e[...] rum non ausus dicere? si unus ego v[...] centum cruces vestire poßim, non abnu[...] am; si vnus ego poßim vel centum cerv[...] ces securi porrigere, nullam subtraham[...] centies mori, jocus mihi erit, modò ad il[...] lam PAVCORVM in paradiso societat[...] admittar. Hoc idem ore Christi missum tonitru, hæc eadem vocula PAVCI to[...] impuræ vitæ homines è viridantibus luxuriæ pratis in domum luctus & pœnitentiæ compegit; satius illis visum est inter paucos servari, quàm cum plurimis perire, non enim minus perit qui perit in turbâ. Et hæc salvandorum paucitas,

omni[...]

mni ævo proposita nobis in cautelam. De
c ipsâ, justitiæ præco Noë (sic appella-
r 2. Pet. 2.) centenis annis & amplius
ncionatus est ante diluvium. at omni-
s in scelere obstinatis, octo solùm ani-
æ ex omni hominum numero, in ligneo
o seu carcere seu navigio sunt servatæ:
inter hos pauculos, impius Cham erat
Gen. 7.) Quod si Deus Sodomæam ter-
am eversurus vel decem probos reperis-
t, ad Abrahami preces omnibus aliis
epercisset, sed omnis illa terra nec dena-
um quidem justorum aluit (Gen. 18.)
itur Lotho ab Angelis præcipitur: Fe-
ina & salvare. (Gen. 19.) Ita maxi-
o huic incendio, quo florentissimæ Sodo-
orum & Gomorrhæorum civitates de-
agrarunt, non nisi tres homines sunt
bducti: iræ divinæ signa hodiéque illic
locorum

locorum extant. Sed & illud serva[…] dorum paucitatem prænunciabat, Ex[…]od. 12. Cum Moses sexcenta millia vi[…]rum peditum, absq; parvulis & mul[…]ribus, educeret Aegypto, & vulgus pr[…]miscuum innumerabile sequeretur, d[…] tantùm è tanto numero in fertiles ill[…] terras pervenerunt. At verò Aegypti[…] tyrannus qui populum è fugâ retract[…]rus insecutus est, cum universo exercit[…] rubri oceani fluctibus sepultus est. (Ex[…]od. 14.) Porrò propter adoratum idolum proclamat Moses: Si quis est Domin[…] jungatur mihi, & eodem die cæsa sun[…] viginti tria millia hominum (Exod. 32.[…] (Iosue c. 2. & 6.) Vnica domus à cæde ur[…]bisque incendio servatur immunis (Iud[…] 7.) E triginta duobus millibus militum trecenti tantùm seliguntur ad pugnam

rejecti[…]

ectis cæteris omnibus.(Iud.20.)propter icum libidinoſum facinus, quadra-ta millia Hebræorum; Benjamitarũ inquaginta millia jugulantur & ſex-nti. (1.Reg.6.)Bethſamitæ arcam Do-ini curioſiùs intuiti, quot millium ſtra- hanc oculorum licentiam luerunt? Reg.15.)Volat curſor, ad Regem Da-d, nunciátque: Toto corde uni-erſus Iſraël ſequitur Abſalon(*2.* *eg.20.*) ſeparatus eſt omnis Iſraël David, ſecutúſque eſt Seba. *Mundum inſpice, & idem nunc pænè eridices. Chriſtus, alter David, viam obis ſignat ſuo ſanguine cruentíſq; ve-igiis, opertum ſpinis gerit caput, infa-em crucis trabem fert humeris, ſan-uine mixtim lacrimíſque natant mori-ũdi oculi, & hoc habitu Calvariæ mon-*

tem

tem conſcendit, & ut ſequamur, hort
tur. Sed heu, quàm raros habet comit
qui cum ipſo, eo quo poſſunt modo, vel
crucifigi? liceat dicere: totus mundus
maligno poſitus, toto corde ſequitur n
Seba, ſed Satanam: paucorum iter
in montem Golgotha cum Chriſto. H
illud quoque pertinet (2. Reg. 24.) Qu
David Rex elatiore ſpiritu populum ce
ſeri juſſerit, ſeptuaginta hominum mi
lia peſte ſunt conſumpta. Et iſta quide
omnia, futurorum umbræ, & velut pr
logus ſeu exordium fuerunt concionis i
lius quam Chriſtus de paucitate prædi
ſtinatorum erat habiturus. Iudæos jam
mihi numera ab Abrahamo uſque a
diem mundo ultimam; & illa in Apoca
lypſi centum quadraginta quatuor mil
lia, vix pars erunt milleſima omnium

ſimu

[si]mul numeratorum, ita ut ex omni eo-
[ru]m numero millesimus Iudæus inter
[præ]destinatos non veniat numerandus.
[E]t quod de Hebræorum, idem de omni-
[u]m aliorum hominum numero, salvâ
[p]roportione, rectè astruitur, nam quod
[C]hristus (Matth. 7. Luc. 13.) prædixit,
[Iu]dæis & omnibus alijs commune est, nec
[e]nim paucos tãtùm ex Iudæis arcto tra-
[m]ite ad vitam ituros, sed absque discri-
[m]ine pronunciavit: PAVCI inveni-
[u]nt eam. Huic veritati confirmandæ,
[P]rophetæ plerique omnes acclamant.
[E]saias (c. 5.) Dilatavit infernus ani-
[m]am suam, & aperuit os suum
[a]bsque termino. (& c. 56.) omnes
[i]n viam suam declinaverũt, unus-
[q]uisque ad avaritiam, à summo
[u]sque ad novissimum. Hieremias

(*c.8.*) Attendi & auscultavi, nemo quod bonum est loquitur (*nimis verum nostro hoc ævo*) nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, quid feci? omnes conversi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadens in prælium (*c.23.*) adulteris repleta est terra. *Michæas* (*c.7.*) Væ mihi non est botrus ad comedendum: periit sanctus de terrâ, & rectus in hominibus non est. *David* (*psal.13. & 52.*) DEUS de cælo respexit super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirens DEUM. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. *Consideret quis lacrimabilem hujus ævi*

statum

*tum, variámque morum corrupte-
m & cum regio vate sentiet, dicétque
diisse Noëmi tempora aut simillima il-*
, *Nam*, sicut erant ante diluvi-
m comedentes & bibentes, nu-
entes & nuptui tradentes, usque
d eum diem quo intravit Noë in
rcam, & non cognoverunt do-
ec venit diluvium & tulit om-
es. (*Matth. 24.*) *ita & nunc Virtus
bique terrarum aut exulat, aut ubi ad-
ittitur, non habitationis lege ut inquili-
a, sed hospitii gratiâ ut peregrina reci-
itur, non nimis diu retinenda. At viti-
m amplissimi juris & dominii, regna
ua non amplius numerat; latè nimis do-
ninatur. Palliata injustitia, oculatissi-
na invidia res suas audacter hîc agunt;
& multò quàm audacissimè, exosum*

cælo vitium, spurcißima luxuria. [...] *demum proborum numerus ad pauc*[...] *redigitur, qui ad improborum myriad*[...] *collatus, Biantis dictum confirmat:* R[...]ri boni, pravi plurimi. *huic acc*[...]*dens Ambrosius: In comparatione, i*[...]*quit, reproborum, exigua est turba el*[...]*ctorum.*

Post Prophetarum lacrimas, ea[...]*dem hanc beatorum paucitatem, in le*[...] *novâ deplorant Apostoli. Ioannes (epi*[...] *1. cap. 5.)* Mundus totus in mal[...]gno positus est. *Petrus (ep. 1. c. 4.)* [...] justus vix salvabitur, peccator &[...] impius ubi parebunt? *Paulus (a*[...] *Phil. 2.)* omnes quæ sua sunt qua[...]runt, non quæ sunt IESV Christ[...] *Christus ipse (Matth. 11.)* Regnun[...] cælorum, *inquit*, vim patitur, &[...]

olenti rapiunt illud. *nec interim inari desinit (Luc. 6.)* Væ vobis ditibus quia habetis consolatioem vestram: Væ vobis qui saturti estis, quia esurietis: Væ vobis ui ridetis nunc, quia lugebitis t flebitis. *Nec auribus tantùm quæ udiant, sed & oculis quæ videant, opnit (Luc. 8.) pars boni seminis in saxa citur exiccanda, pars alia in dumos & epres spargitur suffocanda, pars etiam viam abjicitur conculcanda, quarta ars duntaxat terram bonam sortitur. decem leprosis jam curatis, unicus reressus agit gratias (Luc. 17.) Invitati ad autissimam cænam, cæperunt simul mnes excusare (Luc. 14.) Motâ piscinâ tot morbidis unicus sanatur (Ioan. 5.) Vnicus Nicodemus inter Hebræos sena-*

tores, liberiùs paullò pro Christo loquit
(Io. 7.) E tot divitibus & avaris Hier
chuntinis civibus, è tot scilicet onustis c
melis, unicus Zachæus depositâ gibbi sa
cinâ (sic Beda loquitur l. 5. c. 77. in Luc
hoc est, opum onere relicto & per ang
stam portam ingressus rem injustè pa
tam restituit. (Luc. 19.) Paulus an
Philippos urbem Macedoniæ, conciona
tur; auditores multi, factores verè nul
uni Lydiæ Christiana lex placet (act. 16
Idem Paulus Athenis in curiâ de Chr
sto disserit: auditores non tantùm mult
sed & docti, qui tamen Paulo credere
non fuit nisi Dionysius & Damaris (ac
17.) In celeberrimo septuaginta duorun
concilio, vix unus aut alter reperti, qu
Christi sanguinem non sitirent. (Luc. 23.
Sic ante crucem Domini, spectatore
mult

ulti, *amatores crucis aut imitatores*
uci. ſic & hodie conciones multæ, mu-
tiones morum raræ: tanguntur vitia,
n extinguuntur; notari ſe vix ferunt
dum eradicari. MVLTI vocati,
AVCI electi, eheu PAVCI. *Quàm*
rè vaticinatus eſt Hieremias (c.12.)
eſolatione deſolata eſt omnis
rra, quia nullus eſt qui recogi-
et corde. *qui* corde *ſcilicet*, corde
cogitet: nimis volatiles ſunt cogitatio-
es noſtræ, nec bono honeſtóque affigi ſe
iu patiuntur: quà lubet expatiantur.
inc exiguus gehennæ metus aut nullus,
inc frigidum cæli deſiderium aut incon-
ans. In Chriſtianos etiam hæc cadit
ccuſatio (pſ.105.) pro nihilo habue-
unt terram deſiderabilem. *& hinc*
bes & vires creſcunt tartareo giganti

Behemoth, uti de eo Iob c. 40. Ecce ab-
sorbebit fluvium, & non mirab-
tur, & habet fiduciam quod Io-
danis influat in os ejus. *Ideò ide-*
iste patientissimus virorum (*c.9.*) Ver-
bar, *inquit*, omnia opera mea, sc-
ens quod non parceres delinquē-
ti: *Omnia dicta factáque mea, imò &*
cogitata suspecta mihi fiunt, dum inex-
rabilem Dei justitiam cogito. Et hoc e-
quod notus ille Hilarion (*de quo Hieron*
in vitâ illius c.38.) *in morte trepidat, &*
jam jam tribunali judicis Christi sisten-
dus, pavet. modicus adhuc calor tepe-
bat in ejus corpore, nec præter sensum
quidquam vivi hominis supererat, &
tamen apertis oculis loquebatur: Egre-
dere, quid times? egredere anima mea
quid dubitas? septuaginta prope anni

serviist

viiſti Chriſto & mortem times? non
n mortem timuit animus quàm im-
nẽs ſibi judicium expavit. Ite nunc
ei Chriſtiani, & dum ſanctiſsimi viri
ſalute ſuâ trepidant, vos ſecurè deli-
mini, auri argentiq; acervos ſtruite;
ternis invidiæ morſibus voſmet lacera-
& conſumite; honorum venationes &
oriolarum aucupia inſtituite; indulge-
genio hilariter: cælum cæli domino,
rram autem dedit filiis hominum, hîc
te cives: ſit ſua libertas oculis, ſit & co-
itationibus, ſit omnibus affectibus; ex-
urrant ii quò volunt: quidquid lubet,
cere nobis credite, nullam corpori vo-
uptatem negate, curate ut vobis hîc be-
ne ſit & ſuavè: Ambulate in viis cordis
veſtri, & in intuitu oculorum veſtro-
rum, & ſcitote quod pro omnibus

his abducet vos DEUS in judici[...]
(*Ecclef.11.*) Et quamvis annis mu[...]
tis vixerit homo, & in his omni[...]
bus lætatus fuerit, meminiſſe de[...]
bet tenebroſi temporis, & dier[...]
multorum, qui cum venerint, va[...]
nitatis arguentur præterita. *Eccle[...]*
ibid. Ergo potiùs ſatagite, ut per bo[...]
na opera, certam veſtram vocati[...]
onem & electionem faciatis (2
Petr. 1.) Divinæ Prædeſtinationis ſign[...]
quæ ſint, audiſtis. 1. Non amici tan[...]
tùm, ſed & inimici ſunt amãdi. 2. Sub[...]
levandi pauperes, non argenteâ tantùm
manu, ſed & pleno miſericordiæ affectu
3. Adverſa omnia ſic toleranda ſunt,
ut Dei voluntas, in his etiam, laudetur,
& patientia continuetur. 4. Fortuna
bona præ cœlo nihili facienda. 5. & 6.

Admo-

dmonitiones autem sive interiores
i, sive hominum exteriores parum est
udire qui obedire detrectat. 7. Por-
rioris vitæ delicta sic detestanda sunt
novis identidem cumulentur. 8. Ne-
e ullus placere se putet Deo qui sibi
ndum displicet. 9. Nec Christum
e amari credat, qui in se Christi præ-
ntiam non amat. 10. Affectibus vi-
sis, principio præsertim, fortiter obsi-
endum, nam hîc esse potest, quisquis
olet, imperator. 11. Sic denique vo-
ntas in bono firmabitur, alioqui semper
acillatura. 12. Sic & mors eò minus
rit formidini, quò sæpius fuerit objecta
editationi: non invitus morietur qui se
oriturum quotidie & seriò cogitaverit.
Et hæc via est ad illam sine morte vi-
am. Via peccantium complanata lapi-

dibus

dibus, & in fine illorum inferi & tene-
bræ. (Eccli. 21.) Et tamen hac sub ini-
tium facili, planâ & amœnâ viâ, dēsissi-
mum agmen ita confertim ruit ad inte-
ritum, ut vel oculi testari cupiant, ve-
rissimè à Christo dictum esse: lata por-
ta & spatiosa via est quæ ducit ad
perditionem, & multi sunt qui
intrant per eam. *Hoc sensu Christi*
Ioannes Chrysost. (tom. 3. pag. 522. hom. 2.
& tom. 5. pag. 248. hom. 40. in act. Apost.
tit. de pœnit.) ausus est scribere & dice-
re: Multò sunt plures gehennam ingre-
dientes, sed majus est Dei regnum, licet
habeat paucos. Et; quot esse putatis in
civitate nostrâ qui salvi fiant? infestum
quidem est quod dicturus sum, dicam
tamen: non possunt in tot millibus cen-
tum inveniri qui salventur: quin & de

*dubito. quanta enim in juvenibus
æſo malitia? quantus in ſenibus tor-
? &c. hæc Chryſoſtomus, vir pruden-
ſimus & ſanctiſsimus, Eccleſiæ Do-
or, lumen orbis; idq́ dixit de Antiochiâ
be longè populoſiſsimâ, idq́ eo tempore
o primævæ Eccleſiæ ſpiritus nondũ in-
uerat. quis jam miretur, Paulũ adeò
llicitum monere:* cum metu & tre-
ore veſtram ſalutem operami-
i (*ad Philip. 2.*) *quando Chriſtus ipſe
am apertè præmonuit:* Contendite
ntrare per anguſtam portam,
Luc. 13.) Evigilate itaque juſti &
olite peccare (*1. Cor. 15.*) *is autem
igilare cenſendus eſt qui ſic ſemper &
bique vivit, ut unamquamque lucem
anquam ultimam & non redituram
onſumat: qui in omni cogitatu & facto*

ſic

sic suam observat conscientiam quasi h[...] die moriturus. Faciamus ergò dum p[...] sumus, quod fecisse vellemus cum n[...] ampliùs poterimus. quæ seminaver[...] homo, hæc & metet (*Gal.6.*) qu[...] niam qui seminat in carne suâ, [...] carne & metet corruptionem [...] qui autem seminat in spiritu, [...] de spiritu metet vitam æternam.

FINIS.



MONACHII.

Ex formis Annæ Bergiæ viduæ.



Apud RAPHAELEM SADELERVM
Iconographum Ducalem venalis.

cIↄ Iↄ C XVIII.

Cum facultate Superiorum.